



**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1620

Deipara vt mater viuentium diligenda, num. 11.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

menit & honorat: & contemnentes se, quia iusta est, punit, & humiliat: apud ipsam ele-
ctusaria sunt confortatiua, vnguentasana-
tua: Nomen eius super mel dulce, & bare- *Ecccl. 24.*
ditas eius super mel, & fauum: morientibus
assistit, & mortuorum animas ad u. tā per-
ducit aeternam. hæc Cæsarius: quæ omnia
toto illo lib. 7. multis miraculis, & exem-
plis comprobat, atque confirmat.

IV.

D E I P A R A V T M A T E R V I-
u e n t i u m d i l g e n d a .

II. *V*ariò ad Virginis deuotionē illud
quoq; nos inflammare debet,
quoniam Deipara, ut ea 27. uberius dixi:
Mater est viuentium, mater etiā nostra,
cui à Christo, dum esset in cruce, in Ioā-
ne in filios traditi sumus illis verbis: *Mu-* *Ioan 19.*
lier ecce filius tuus: cumq; ipsa egregiè ma-
tris munera in nos exerceat (amat enim
nos, curam nostri gerit, à malis animq; &
corporis liberat) Deum iastè contra nos
iratum placat: qua omnia plenius c. 27. 28.
& 29. ostendimus diuinā quoq; nobis mi-
sericordiam exorat, de quo cap. 16 egimus.
debemus & nos tantæ matri, cuius auxi-
lio, atq; p̄sidio in primis egemus, officijs,
atq; obsequijs respondere, eiq; omnem
deuo-

24 *Rationes quare Deiparae*
deuotionis cultum impendere: hoc enim
& nobis Christus in cruce illis verbis ad
S Ioannem: *Ecce mater tua*, significasse
videtur, ut scilicet eam tanquam matrem
agnoscamus, eique debitam obseruan-
tiam exhibeamus.

Quid autem ei tanquam matri præsta-
re debeamus, deinceps sequentibus capi-
tibus aperiemus.

In hoc aut̄ Christi in nos benignitatē,
atq; misericordiam agnoscamus, qui nō
sua solum dona nobis cōferre voluit, sed
talē etiam matrē, talemque Aduocatum,
q' diuinarum gratiarum dispensatrix es-
set, humano generi prouidit, que suis pre-
cibus irā eius iꝝ nos iustē propter nostra
peccata concitatam mitigare posset.

Qua in re fecisse perinde videtur, ac
pater aliquis, qui cū filium corripere, ac
cædere iusta de causa vult, aliquem ta-
men exoptat, qui filij plagas ab eo depre-

Ezch. 13. cetur, vt iure apud Ezechielem cap. 13. &
G. 22.

22. conqueratur, quod non sit, qui se op-
ponat pro terra, ne dissipet eam. hoc tra-
men Mater misericordiæ præstare solet:
precibus enim pro terra, crebrò se op-
posuit, quemadmodum capitul. trigesimo
diximus.

Animaduertendum tamen est, Chri-
stum Dominum prius matri dixisse:

Ecce

Mulier ecce filius tuus. Virgo enim ad *Iean. 19.*
 nos iuuandos ex sua charitate permoue-
 tur, nosque suo materno affectu præue-
 nire solet: cui tamen à nob's sedulò pro
 nostra tenuitate est respondendū, ideo-
 que subiungitur: *Ecce mater tua, sicut 'oan. 19.*
 autem S. Ioannes absque mora ex illa ho- *Ex hac ho-*
ra accepit eam in sua ita & nos statim in rā statim
cordis nostri intima persingularem in Virginē
Virginem pietatem, atque deuotionem dandum
reuerenter eam accipere debemus: ipsa cor.
 vero iuxta illud ecclesiast. 15. Non diffi-
 cilem præbebit: sed obuiabit notis quæsi *Ecccl 15.*
mater honorificata: Matrem enim hono-
rificatam eam appellat Ildefonsus serm. Ildefons.
1. de Assumpt.

V.

DE IPARÆ DEVOTIO EST BO-
num, honestum, utile, ac
delectabile.

12 *Q*uintò, Virginis Deiparæ deuotio
 triplicem illam rationem bo-
 ni, honesti videlicet utilis, atque dele-
 ctabilis (*de quo agit S. Thomas i. part q s. S. Thom.*
art. 6. ex ambrofio libr. 1. de offic. cap. 9.
 in se vna complectitur; quare in eorum
 animis, qui Virginis sunt studiosi non

B

decus